Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 337
Quelle:
Copyright:

Magis ocia ſecter. Non habeant primum. Hic etenim figens. Latini Diſcendi inueniet. Hec tibi proponi — Hec tibi magna ſeges. Primum diſcredit. Spero quid eſſet opus. Hec ut premittam. Confer, et noſtra praehabebis. Prologo huic manu Sec. XIV. adjecta eſt allegorica expoſitio τȣ Ἑξαημεȣ levis momenti. Sequitur *Prologus in libro floridi aſpectus*, ut *Cod. praeced.* Item *Aliud* illud *proemium:*

Auctoris mendico ſtilum. faleraſque poete &c.

ubi, ut in *praeced.* legitur:

Fonte tuo ſic phebe tuum perfunde poetam,

neque *Phoebo* ſuperimpoſitus eſt *Chriſtus*, ut ibi. Per Operis decurſum ſervatur, quod ſupra de Obelis promiſſum eſt; mox enim ad opus *Tertiae Diei* poſt verſum:

Terra ſonat quod eam ſepe colendo teras,

monemur e margine inſerere ſequentes:

Vel quia terra ſtat. eſt aqua mobilis ignis et aer
A greco terion (τειȣειν?) *nomen habere poteſt.*
Eſt ſtatio terion elementaque cetera non ſtant.
Terra immota manet. hinc ea nomen habet.

Et ſic deinceps, et non raro tam copioſe, ut margo non ſuffecerit interpolationibus, ſed columnae membraneae adſui debuerint iis excipiendis, quas *Aegidii Pariſienſis* eſſe non dubitem. Praeſens itaque *Codex* praecedente longe eſt uberior. Verum integritate illum non adtingit. Poſt *Pentateuchum* enim et L. *Joſue*, quorum initia cum *Trithemio* conſonant, poſt L. *Judicum*, qui incipit, ut *Cod.* praeced. *Poſt Joſue de Judicibus* &c. poſt L. *Ruth*, LL. *Regum* pariter incipientes, ut *Cod.* praeced. *Oracula Prophetarum*, *Hiſtoriam Suſannae*, *Eſther*, *Machabaeos*, *Hiſtoriae Evangelicae* partem, quae abrumpitur, ut *Cod.* praeced. *L. Tobiae*, *Excidium urbis ieroſolimorum* ei finem imponit, quod, ut carmine elegiaco, quemadmodum cetera, ſcriptum ſit, ſic ſequentes verſus, contra ac *Cod.* praeced. adtextos habet:

Judicio functi ſic uicerunt prece cuncti
His ſucceſſerunt reges qui preualuerunt